Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



rabbi. Ait illi. Tu dixisti. Cenantibus autem eis accepit ihs panem
et benedixit ac fregit deditque discipulis suis et ait. Accipite et comedite.
Hoc est corpus meum. Et accipiens calicem gratias egit et dedit eis dicens.
Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus noui testamenti q
pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Dico autem uobis non bi
bam amodo de hoc genimine uitis usque in diem illum cum illud biba
uobcum nouum in regno patris mei. Et hymno dicto exierunt in montem
oliueti. Tunc dixit illis ihs. Omnes uos scandalum patiemini in me
nista nocte. Scriptum est enim. Percutiam pastorem et dispergentur
oues gregis. Postquam autem resurrexero precedam uos in galileam.
Respondens autem petrus ait illi. Si omnes scandalizati fuerint in te ego
numquam scandalizabor. Ait illi ihs. Amen dico tibi quia in hac noc
te antequam gallus cantet ter me negabis. Ait illi petrus. Etiam si
oporuerit me mori tecum non te negabo. Similiter et omnes discipuli dixe
runt. Tunc uenit ihs cum illis cum illis que dicitur gethsemani et dixit discipu
lis suis. Sedete hic donec uadam illuc et orem. Et assumpto petro et du
obus filiis zebedei cepit contristari et mestus esse. Tunc ait illis. Tristis
est anima mea usque ad mortem. Sustinete hic et uigilate mecum. Et processus
pusillum pauit in faciem suam orans et dicens. Mi pr si possibile est
transeat a me calix iste. Verumtamen non sicut ego uolo sed sicut tu. Et
uenit ad discipulos suos et inuenit eos dormientes. Et dicit petro. Sic non
potuistis una hora uigilare mecum. Vigilate et orate ne intretis in
temptationem. Spiritus quidem promptus est caro autem infirma. Et iterum secun
dauit et orauit dicens. Pr mi si non pt hic calix transire nisi biba
illum fiat uoluntas tua. Et uenit iterum et inuenit eos dormientes. Erat
enim oculi eorum grauati. Et relictis illis iterum abiit et orauit tertio eundem
sermonem dicens. Tunc uenit ad discipulos suos et dicit eis. Dormite